Written by [illegible]

SPECIMEN
MEDICUM-TOPOGRAPHICUM
PROVINCIAE DRENTHINAE.

SPECIMEN
MEDICUM INAUGURALE,

EXHIBENS

COLLECTANEA QUAEDAM TOPOGRAPHIAM
MEDICAM PROVINCIAE DRENTHINAE
SPECTANTIA,

QUOD,

Favente Summo Numine,

EX AUCTORITATE

RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MEIJER,

Phil. Theor. Mag. Litt. Hum. Doct. in Facultate Philosophiae Theoreticae et Literarum Humaniorum Prof. Ord.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC
PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA GRONINGANA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO FACULTATIS EXAMINI SUBMITTIT

FEKKO KOERTS AMSHOFF,

ZWEELO-DRENTHINUS.

A. D. XX Decembris MDCCCXLIII. Horâ XI.

GRONINGAE,

Apud **J. RÖMELINGH**, *Bibliopolam.*

PATRI OPTIMO

NEC NON

AVO DILECTISSIMO

JOHANNI PETRO AMSHOFF

D. D. D.

AUCTOR.

Lecturo Salus!

Perpauca praemonenda tibi habeo, Lectòr benevole! si quando hasce evolvas pagellas!

Ea, quae tibi offero, non facile quisque publici juris posset facere, quippe solummodo Ministerio publico regionum nostrarum ex officio componantur. Quotannis ergo etiam in provincia Drenthina *haec colliguntur et in ordinem justum ac debitum rediguntur. Gratias igitur summas debeo atque ex animo offero Viro excellentissimo, Comiti* VAN RANDWIJCK, *qui res provinciae* Drenthinae *strenua manu gubernat, quique benevolentissime occasionem mihi praebuit e fontibus provincialibus nec non aliis haec haurire. Doleo, augustiam temporis atque spatii prohibuisse, quominus uberrimos omnes explorarem thesauros, e quibus, modo manu diligenti admota, permagna evolvere possent! Eo magis hoc argumentum*

elegi, quoniam Pater carissimus jam ante annos collectanea collegit hujus Provinciae Topographiam medicam spectantia.

Officium et animus autem jubent Vos non praeterire, Viri optimi et clarissimi! qui Artem salutiferam in Academia nostra juventutem docetis! Grates accipitote, quas Vobis habeo, et eo insuper Tibi sunt oblatae, Cl. S. E. STRATINGH! *qui consilia mihi non negasti tua in edenda hac scriptiuncula.*

Iisdem gratitudinis testimoniis Vos adire vellem, VV. CC.! qui hac in alma Musarum sede viam coaptatis et paratis arduam, quae ad ipsam Medicinam ducit.

Vos omnes valeatis et diutissime adhuc Academiam ornetis nostram! Diutissime floreat et florere pergat Academia Groningana, ad juventutis Neêrlandicae salutem, ad urbis Groninganae commodum, ad patriae emolumentum, ad universae doctrinae et scientiae gloriam!

Valeatis et Vos, Commilitones conjunctissimi! qui vinculis arctioribus et juvenilibus mutuam fidem magis magisque amplificare coeperitis! Valeatis!

SPECIMEN MEDICUM INAUGURALE,

EXHIBENS

COLLECTANEA QUAEDAM TOPOGRAPHIAM MEDICAM PROVINCIAE DRENTHINAE SPECTANTIA.

Introductio.

»Medicinam quicunque vult recte consequi, hoc faciat oportet: primum quidem anni tempora animadvertere, quid horum quodque possit efficere, deinde ventos. Et cum quis ad urbem sibi ignotam pervenerit, hunc ejus situm considerare oportet et quales sint circa eam aquae, terra etiam inspicienda, homi-

num quoque victus ratio. Haec enim praecipua quidem omnia probe quis novet, eum neque morbi regioni familiares, neque communium quae sit natura latere poterit, ut neque in morborum curatione haesitare neque aberrare possit. Qui vero noverit, is cujusque temporis impendentis et anni statum praedicet." Ita HIPPOCRATES, *de aëre, aquis et locis*, Sect. I. c. 1. — Et sane pulchre hisce verbis indicavit vir immortalis, quinam sit usus, quaenam utilitas Statistices medicae et Topographiae medicae. Quid enim utilius, quid optabilius, quam scire regionum et locorum statum naturalem, ut inde Medicinae paretur fundamentum firmissimum? Animalia omnia, homo et bruta, eorumque status physiologicus et pathologicus, temperamenta, mores, haec omnia et reguntur legibus Naturae definitis et momentis certis, quae ubivis aliam vitae adducunt formam, uti solo, cibis, vitae ratione et habitatione, vita ipsa necessario mutatur.

Ut autem rite perficiatur Statistice medica, magno opus est labore. Uniuscujuscunque regionis enim incolarum numerum pernotum esse oportet, certo quodam tempore: scire debemus numerum eorum, qui durante temporis stadio quodam nati sint uti et qui morte abierint;

dein genus et aetas, morbus et mortis ratio cognita esse debeant eorundem mortuorum. Sic patebit, differentias exstare momentosissimas, quoad sexum et aetatem mortuorum, et videbit observator, uno loco longe alios occurrere morbos quam in alio, lethalitatem aut indolem morbi hic aliam esse, quam illic; numerum natorum hic alium esse, ratione habita ad illum defunctorum, quam illîc, — verbo, cernet summam discrepantiam in iis, quae ad incolas eorumque vitam spectant

Indagandae ergo sunt causae, quibus haec discrimina perficiuntur, et sponte in mentem veniunt locorum situs, tam geographicus quam physicus, soli natura et partes constituentes, aquarum indoles et compositio, vitae genus incolarum uti et eorum habitationes, mores, educatio cet.

Constat jam diu differentia inter morbos variarum regionum Cuique enim cogniti sunt varii illi morbi endemici, qui per totam orbem terrarum vario modo se manifestant. Si de regionibus dissitis sermo sit, non aliter potest, quin primo intuitu pateat discrimen magnum inter morbos v. g. nostrae Patriae et Italiae, inter eos, qui in Brittannia grassari solent et qui in Helvetia occurrunt. Et

causae harum differentiarum sponte quoque observantur. Clima enim et regionum natura physica, temperamenta, constitutiones, vitae genus habitatorum aliaque hanc rem explicant.

Sin autem regiones parum tantum dissitas consideremus, eandem observabimus differentiam. Sponte vero elucet, differentias eo casu non adeo evidentes esse posse, quam mox diximus de regionibus magis remotis. Sed patriae nostrae historia medica hanc rem satis nos docet. Conferantur enim morbi Groningani cum iis provinciae Zelandicae, Drenthinae provinciae cum iis Hollandiae, et quivis mecum consentiet. Non aliter itaque potest, quin alii morbi aliam requirant medelam; non mirum, eosdem morbos variâ sub formâ saepius prodire in variis illis provinciis. Et quaenam sunt causae illorum discriminum? Non aliae esse possunt quam illae, quas jam memoravimus.

Si nunc rogemus, quaenam sit conditio litteraturae nostrae hoc respectu, omnino respondebimus, nullas fere apud nos prodiisse *Topographias* medicas. Scripta quae exstant, aut argumentum nostrum plane neglexerunt, aut scriptores alium ante oculos sibi posuerunt scopum, ita ut opus, vix adhuc inchoa-

tum, non facile aut cito apud nos ad finem perduci poterit.

Quod ad me, ob rationes supra (*in Praefat.*) expositas, hacce occasione datâ, non melius agere mihi visus sum, quam si *Collectanea* quaedam publici facerem juris, pertinentia ad Topographiam medicam provinciae Drenthinae. Ne autem terminos vulgares Dissertationis nimis transgrederer, non aliter potuit, quin pauca tantum eligerem capita, e variis capitibus, quae ad nostrum argumentum pertinent.

Capita haec autem sunt:

I. Status ventorum eorumque vis, uti et atmosphaerae conditio, inde a 1° die Januarii 1836 usque ad ultimum Decembris 1840.

II. Status natorum ab anno 1831 usque ad 1841, respectu habito ad genus, menses, locos, cet. cet.

III. Statius mortuorum, durante eodem temporis spatio, respectu habito ad genus, menses, locos, cet. cet., quibus omnibus adjungam *Corollaria* quaedam necessaria et memoratu non inutilia.

CAPUT I.

CONSPECTUS VENTORUM ET ATMOSPHAERAE A DIE 1 JANUARII 1836, USQUE AD ULT. DECEMBR. 1840.

Sequentes Tabulae sunt excerptae ex amplioribus observationibus, quae quotidie instituuntur ab Inspectore canalis principalis Drenthinae, quaeque observationes regulariter mittuntur ad Virum perillustrem, qui provinciam hanc gubernat.

Ob spatii penuriam, tantum hoc loco communico ea, quae ex illis Tabellis patent, dum ad nostras Tabellas ipsas dimitto lectorem, qui numerum, genus aut vim ventorum, certo quodam tempore, scire cupiat uti et qui Atmosphaerae statum indagare velit.

I. Conspectus Ventorum et Atmosphaerae, A°. 1836.

Anno.	Menses.	Eurus.	Favonius.	Auster.	Boreas.	Aquilo.	Euronotua.	Africus.	Caurus.	Tranquillitas.	Ventus molaris debilis.	Ventus molaris ordinar.	Ventus molaris fortis.	Turbo.	Dies humidi.	Dies sicci.	Dies mixti.
1836.	Jan.	3	6	5	1	0	3	8	5	2	6	15	2	6	11	13	7
	Febr.	2	6	3	2	2	4	5	5	2	7	12	4	4	6	14	9
	Mart.	1	6	5	0	0	2	13	4	3	7	8	1	11	16	10	4
	April.	1	3	6	4	1	2	9	7	3	16	10	1	0	8	17	5
	Maj.	5	4	1	8	8	0	0	5	1	14	16	0	0	1	30	0
	Jun.	1	11	6	0	0	0	10	2	1	13	12	1	3	11	17	2
	Jul.	2	13	2	0	0	1	9	4	1	14	9	0	7	7	15	9
	Aug.	5	9	1	2	4	1	7	2	4	16	8	0	3	7	21	3
	Sept.	5	6	6	1	1	1	8	2	1	11	11	3	4	14	11	5
	Octob.	0	7	8	1	0	5	8	2	7	10	6	4	4	11	17	3
	Nov.	3	1	4	0	1	6	13	2	1	14	10	1	4	13	10	7
	Decem.	5	6	0	3	1	0	12	4	0	8	12	1	10	12	12	7
1836.	Annus totus.	33	78	47	22	18	25	102	44	26	156	129	18	56	117	187	61

II. Conspectus Ventorum et Atmosphaerae, A°. 1837.

Anno.	Menses.	Eurus.	Favonius.	Auster.	Boreas.	Aquilo.	Euronotus.	Africus.	Caurus.	Tranquilitas.	Ventus molaris debilis.	Ventus molaris ordinar.	Ventus molaris fortis.	Turbo.	Dies humidi.	Dies sicci.	Dies mixti.
1837.	Jan.	6	5	1	1	0	3	12	3	3	12	11	1	4	15	11	5
	Febr.	3	3	8	4	0	4	4	1	2	12	10	0	4	10	14	4
	Mart.	3	5	1	6	4	1	5	6	2	13	12	0	4	7	19	5
	April.	1	4	5	1	7	6	3	3	1	10	14	1	4	6	20	4
	Maj.	1	5	2	5	4	1	9	4	0	14	15	1	1	8	17	6
	Jun.	6	7	4	8	2	0	0	3	1	18	11	0	0	7	20	3
	Jul.	2	5	4	5	2	0	6	7	5	14	10	0	1	10	17	4
	Aug.	3	8	3	2	2	6	4	3	6	13	11	0	1	6	20	5
	Sept.	8	7	6	1	0	2	4	2	0	14	14	1	1	8	17	5
	Octob.	2	12	4	1	1	0	7	4	2	10	13	4	2	8	14	9
	Nov.	2	2	6	2	3	1	10	4	2	6	16	0	6	11	9	10
	Dec.	6	5	8	6	1	6	3	2	7	12	10	0	2	9	15	7
1837.	Annus totus.	42	68	52	36	26	30	67	42	31	148	147	8	30	105	193	67

III. Conspectus Ventorum et Atmosphaerae, An.º 1838.

Anno.	Mensis.	Eurus.	Favonius.	Auster.	Boreas.	Aquilo.	Euronotus.	Africus.	Caurus.	Tranquillitas	Ventus molaris debilis.	Ventus molaris ordinar.	Ventus molaris fortis	Turbo.	Dies humidi.	Dies sicci.	Dies mixti.
1838.	Jan.	24	0	2	0	0	2	2	1	3	12	13	3	0	9	18	4
	Febr.	11	3	2	1	3	5	2	1	5	12	9	2	0	3	21	4
	Mart.	1	9	8	1	0	5	4	3	4	10	14	3	0	8	16	7
	April.	2	6	2	4	2	2	6	6	0	3	19	8	0	12	12	6
	Maj.	6	5	2	2	3	5	1	5	2	14	9	6	0	1	26	4
	Jun.	2	11	2	2	3	4	3	3	6	10	11	1	2	12	14	4
	Jul.	5	13	1	1	0	1	3	7	3	9	17	2	0	12	14	5
	Aug.	0	9	2	0	0	0	11	9	3	9	14	5	1	8	4	19
	Sept.	6	5	3	4	2	3	4	3	7	15	8	0	0	4	18	8
	Octob.	2	9	3	2	0	3	6	6	1	8	15	3	4	7	11	15
	Nov.	12	1	3	0	0	6	7	1	6	6	17	1	0	6	19	5
	Dec.	4	6	4	1	0	4	9	3	10	10	11	0	0	6	25	0
1838.	Annus totus.	75	77	33	18	15	40	58	48	50	118	157	34	7	88	198	79

IV. Conspectus Ventorum et Atmosphaerae, Anno 1839.

Anno.	Menses.	Eurus.	Favonius.	Auster.	Boreas.	Aquilo.	Euronotus.	Africus.	Caurus.	Tranquilitas.	Ventus molaris. debilis.	ordinar.	fortis	Turbo.	Dies humidi.	Dies sicci.	Dies mixti.
1839.	Jan.	1	15	2	3	2	0	5	3	4	7	13	6	1	9	10	12
	Febr.	3	14	3	1	0	2	4	1	2	9	14	3	0	6	16	6
	Mart.	14	6	5	1	0	2	2	1	3	8	14	6	0	4	17	10
	April.	10	4	1	7	1	1	2	4	0	7	15	8	0	5	22	3
	Maj.	3	9	1	4	3	1	2	4	4	10	16	1	0	3	23	5
	Jun.	4	7	3	3	3	4	5	1	4	8	12	6	0	3	15	12
	Jul.	0	10	6	2	1	2	8	2	3	15	10	3	0	7	10	14
	Aug.	2	9	6	1	0	1	7	5	0	12	19	0	0	7	12	12
	Sept.	1	7	6	0	0	5	11	0	2	10	16	2	0	3	14	13
	Octob.	8	3	6	2	3	4	4	1	6	13	7	3	2	2	23	6
	Nov.	8	5	8	0	3	2	3	1	4	11	11	4	0	7	11	12
	Dec.	4	8	5	2	0	5	6	1	5	10	16	0	0	4	18	9
1839.	Annus totus.	60	97	52	26	18	29	59	24	37	111	165	42	3	60	192	114

V. Conspectus Ventorum et Atmosphaerae, Anno 1840.

Anno.	Menses.	Eurus.	Favonius.	Auster.	Boreas.	Aquilo.	Euronotus.	Africus.	Caurus.	Tranquillitas.	Ventus molaris debilis.	Ventus molaris ordinar.	Ventus molaris fortis	Turbo.	Dies humidi.	Dies sicci.	Dies mixti.
1840.	Jan.	1	6	6	3	0	3	11	1	2	12	8	8	1	8	13	10
	Febr.	7	1	7	0	4	6	4	0	3	6	4	16	0	0	17	12
	Mart.	6	7	0	7	5	1	0	3	1	4	16	9	1	4	17	10
	April.	10	5	3	2	5	0	1	2	1	13	12	4	0	1	29	1
	Maj.	6	8	2	7	1	2	4	1	1	11	17	2	0	16	12	3
	Jun.	0	12	2	1	0	2	9	4	3	8	16	3	0	5	19	6
	Jul.	1	16	2	1	0	0	8	3	1	8	16	5	1	11	12	8
	Aug.	2	8	9	4	3	1	4	0	2	19	7	2	1	7	20	4
	Sept.	1	7	3	0	1	5	9	4	1	7	14	6	2	14	9	7
	Octob.	1	9	2	3	0	4	2	10	1	8	19	3	0	11	13	7
	Nov.	2	2	9	3	0	4	8	2	1	11	12	5	1	11	18	1
	Dec.	15	3	4	1	1	3	5	2	2	17	10	2	0	2	24	5
1840.	Annus totus.	52	84	31	32	20	31	63	34	19	126	151	65	7	90	203	74

CAPUT II.

CONSPECTUS INFANTUM NATORUM ET HOMINUM DEFUNCTORUM INDE A 1 JANUARII 1831, USQUE AD ULT. DECEMBRIS 1840.

Inter provincias nostrae patriae provincia *Drenthina* minimum numerum incolarum habet, licet vero ejus superficies major sit, quam illa nonnullarum aliarum provinciarum, quae majore numero excellent. Superficies enim est 45 mil. geogr. □, sive 266,278 *Bunders*: sed cogitandum est, eryceta maximam partem efficere et Turfacea sola 118,123 *Bunders*, quo fit, ut hodie adhuc numero tam exiguo incolarum locus ibi sit.

Anno 1840, die 1o Jan., in 3 Oppidis et 30 Communitatibus *Drenthiae* numerus incolarum sequens erat:

						Incolae.
I.	Divisio	(*Kanton*),	ASSENA,	continens	12 Commun.	26,626.
II.	»	(»),	MEPPELA,	»	7 »	16,161.
III.	»	(»),	HOOGEVENA,	»	6 »	15,656.
IV.	»	(»),	DALENA,	»	8 »	14,041.
					Num. totus	72,484.

Hic numerus constabat ex familiis 13,560, quae inhabitabant domos 11,391.

Pertinebant ad *Sexum masculinum*	non mariti	23,798.
	mariti .	11,323.
	vidui .	1,642.
» » » *foemininum*	non maritae	21,963.
	maritae .	11,237.
	viduae .	2,521.
	Num. totus	72,484.

Annum post, die 1° Jan. 1841, numerus incolarum 74,081 jam referebat; et sic sensim increvit et adhuc quotannis increscit. Haec omnia luculenter patent e Tabulis nostris pag. 39 et 40, dum autem ceterae Tabulae ad varias conclusiones sponte ansam dare possunt.

Infantes nati A°. 1831.

Oppida	Sexus.	Januar.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Novem.	Dec.	Numerus generalis. pueri.	Numerus generalis. puellae	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena Coevordia Meppela	masc.	15	11	16	19	16	11	12	14	7	17	18	10	166		317.
	foem.	23	9	15	12	12	8	10	15	13	9	12	13		151	
Numerus totus oppidorum.		38	20	31	31	28	19	22	29	20	26	30	23			
XXX Communitates (Gemeenten ten platten lande):	masc.	74	80	92	73	66	47	51	54	78	68	52	62	797		1563.
	foem.	84	75	81	69	78	58	52	50	59	68	40	52		766	
Num. totus XXX. Communitatum.		158	155	173	142	144	105	103	104	137	136	92	114			
Numerus generalis.		196	175	204	173	172	124	125	133	157	162	122	137	963	917	1880.

Defuncti A°. 1831.

Oppida	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis pueri.	Numerus generalis puellae.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena. Coevordia. Meppela	masc.	10	12	7	10	22	16	11	15	5	13	12	7	140		256.
	foem.	8	12	8	13	5	8	9	15	6	12	8	12		116	
Numerus totus oppidorum.		18	24	15	23	27	24	20	30	11	25	20	19			
XXX Communitatis (Gemeenten ten platten lande.)	masc.	63	63	42	52	77	51	43	43	56	42	50	46	628		1141.
	foem.	42	41	47	42	58	40	41	44	48	38	49	23		513	
Num. totus XXX Communitatum		105	104	89	94	135	91	84	87	104	80	99	69			
Numerus generalis.		123	128	104	117	162	115	104	117	115	105	119	88	768	629	1397.

Infantes nati A°. 1852.

Oppida	Sexus	Januar.	Februar.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Decemb.	Num. generalis pueri	Num. generalis puellae	Num. gener. utriusque sexus.
Asfena Coevordia Meppela	masc.	11	5	16	11	12	8	9	11	14	17	16	10	140		317
	foem	15	11	18	15	10	11	14	16	22	19	11	19		177	
Numerus totus oppidorum.		24	16	34	24	22	19	23	27	36	36	27	29			
XXX Communitatis (Gemeenten ten platten lande)	masc.	45	52	60	62	49	48	46	57	96	89	82	77	763		1549
	foem.	57	51	47	57	78	57	59	74	80	93	70	63		786	
Numerus totus XXX Communitatum.		102	103	107	119	127	105	105	131	176	182	152	140			
Numerus generalis.		126	119	140	143	149	124	128	158	212	218	179	169	903	963	1866

Defuncti A°. 1832.

Oppida et Commun.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	May.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena. Coevordia Meppela.	masc	15	16	7	12	11	8	7	13	8	11	15	7	128		223.
	foem.	17	9	5	7	14	10	7	6	14	9	10	7		115	
Numerus totus oppidorum.		30	25	12	19	25	18	14	19	22	20	25	14			
XXX Communitates (Gemeenten ten platten lande.	masc	81	75	56	64	61	55	39	45	57	36	30	33	632		1130.
	foem.	48	58	54	49	51	38	24	29	43	30	29	45		498	
Numerus totus XXX Communitatum.		129	133	110	113	112	93	63	74	100	66	59	78			
Numerus generalis.		159	158	122	132	137	111	77	93	122	86	84	92	760	613	1373

Infantes nati A°. 1833.

Oppida et Commun.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis pueri	Numerus generalis puel.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena, Coevordia, Meppela.	masc.	15	10	12	11	15	11	18	10	13	15	20	18	168		320.
	foem.	8	12	9	15	12	6	8	19	18	18	12	15		152	
Numerus totus oppidorum.		25	22	21	26	27	17	26	29	31	33	32	33			
XIV Communitates (Gemeenten ten platten lande)	masc.	85	73	77	80	63	49	56	75	81	76	82	77	874		1740.
	foem.	80	67	76	64	61	65	49	73	89	86	82	74		866	
Numerus totus XIV Communitatum		165	140	153	144	124	114	105	148	170	162	164	151			
Numerus generalis		188	162	174	170	151	131	131	177	201	195	196	184	1042	1018	2060.

Defuncti A°. 1833.

Oppida et Commun.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Asfena, Coevordia, Meppela	masc.	7	7	7	5	9	4	8	13	4	10	6	11	91		188
	foem.	7	5	6	8	7	8	9	16	10	9	6	6		97	
Numerus totus oppidorum.		14	12	13	13	16	12	17	29	14	19	12	17			
XXX Communitates (Gemeenten ten platten lande)	masc.	47	27	47	29	45	30	40	49	49	51	38	33	485		958.
	foem.	46	34	45	49	37	43	29	30	51	44	32	33		473	
Numerus totus XXX Communitatum.		93	61	92	78	82	73	69	79	100	95	70	66			
Numerus generalis.		107	73	105	91	98	85	86	108	114	114	82	83	576	570	1146.

Infantes nati A°. 1834.

Oppida et Commun.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena. Coevordia Meppela.	masc.	14	19	23	15	15	15	16	10	12	13	13	18	179		322.
	foem.	13	15	8	14	10	7	9	10	19	10	10	18		143	
Numerus totus oppidorum.		27	34	31	27	25	20	25	20	31	23	23	36			
XXX Communitates (Gemeenten ten platten lande)	masc.	81	60	83	76	52	48	61	55	93	87	76	75	855		1720
	foem.	80	76	73	87	45	47	68	73	78	80	78	80		865	
Numerus totus XXX Communitatum.		161	144	156	163	97	95	129	128	171	167	154	155			
Numerus generalis.		188	178	187	190	122	115	154	148	202	190	177	191	1034	1008	2042.

Defuncti A°. 1834.

Oppida et Communit.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena. Coevordia. Meppela.	masc.	6	10	11	11	7	5	12	16	21	11	11	13	134		244.
	foem.	7	13	12	11	7	6	9	6	10	7	10	12		110	
Numerus totus oppidorum.		13	23	23	22	14	11	21	22	31	18	21	25			
XXX Communitates (Gemeenten ten platten lande.)	masc.	40	47	55	57	48	52	45	62	62	54	56	71	649		1268.
	foem.	45	41	53	68	53	47	40	54	45	65	48	60		619	
Numerus totus XXX. Communitatum.		85	88	108	125	101	99	85	116	107	119	104	131			
Numerus generalis.		98	111	131	147	115	110	106	138	138	137	125	156	783	729	1512.

Infantes nati A°. 1833.

Oppida et Communitates.	Sexus.	Jan. Gen.	Jan. Spur.	Febr. Gen.	Febr. Spur.	Mart. Gen.	Mart. Spur.	April. Gen.	April. Spur.	Maj. Gen.	Maj. Spur.	Jun. Gen.	Jun. Spur.	Jul. Gen.	Jul. Spur.	Aug. Gen.	Aug. Spur.	Sept. Gen.	Sept. Spur.	Octob. Gen.	Octob. Spur.	Nov. Gen.	Nov. Spur.	Dec. Gen.	Dec. Spur.	Num. gener. puer. Gen.	Num. gener. puer. Spur.	Num. gener. puel. Gen.	Num. gener. puel. Spur.	N. g. utr. sexus. Gen.	N. g. utr. sexus. Spur.	Num. gen.
Assena Coevordia Meppela	masc.	19	–	14	–	9	2	11	2	15	–	15	–	13	–	18	1	25	–	23	–	11	–	19	–	192	5			360	13	373
	foem.	15	2	20	–	11	1	10	1	14	–	12	–	12	–	17	–	17	–	7	1	18	1	15	2			168	8			
Numerus totus oppidorum.		34	2	34	–	20	3	21	3	29	–	27	–	25	–	35	1	42	–	30	1	29	1	34	2							
XXX Communitates (Gemeenten ten plattenlande)	masc.	83	3	79	3	88	2	76	2	55	–	63	1	65	1	59	2	92	6	65	4	71	–	65	3	867	27			1633	56	1689
	foem.	92	2	75	2	75	1	57	4	47	1	33	4	38	3	59	2	66	2	79	3	79	3	72	4			722	29			
Numerus totus XXX Communitatum.		175	5	154	5	163	3	133	6	102	1	96	5	103	4	118	4	158	8	144	7	150	3	137	7							
Numerus generalis.		209	7	188	5	183	6	154	9	131	1	123	5	128	4	153	5	200	8	174	8	179	4	171	9	1053	32	940	37	1993	69	2062

Defuncti Aº. 1835.

Oppida et Commun.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Decem.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena Coevordia Meppela	masc.	5	13	7	11	12	8	8	11	1	7	11	10	104		199
	foem.	5	7	8	9	7	10	9	5	6	5	12	12		95	
Numerus totus oppidorum		10	20	15	20	19	18	17	16	7	12	23	22			
XXX Communitates (Gemeenten ten platten lande)	masc.	53	71	64	58	55	47	31	43	31	53	47	49	602		1139
	foem.	60	59	55	45	54	43	36	32	33	26	45	49		537	
Numerus totus XXX Communitatum.		113	130	119	103	109	90	67	75	64	79	92	98			
Numerus generalis.		123	150	134	123	128	108	84	91	71	91	115	120	706	632	1358.

Infantes nati A°. 1836.

Oppida et Communitates.	Sexus	Jan. Gen.	Jan. Spur.	Febr. Gen.	Febr. Spur.	Mart. Gen.	Mart. Spur.	April. Gen.	April. Spur.	Maj. Gen.	Maj. Spur.	Jun. Gen.	Jun. Spur.	Jul. Gen.	Jul. Spur.	Aug. Gen.	Aug. Spur.	Sept. Gen.	Sept. Spur.	Octob. Gen.	Octob. Spur.	Nov. Gen.	Nov. Spur.	Dec. Gen.	Dec. Spur.	Num. gener. masc. Gen.	Num. gener. masc. Spur.	Num. gener. foem. Gen.	Num. gener. foem. Spur.	Num. g. utriusq. sexus. Gen.	Num. g. utriusq. sexus. Spur.	Num. gener.
Asfena Coevordia Meppela	masc.	19	–	20	3	17	1	18	–	8	–	13	1	20	2	15	–	17	1	12	–	16	1	18	–	193	9			380	14	394
	foem.	14	1	16	–	17	–	20	–	15	1	13	1	11	–	17	–	17	1	16	–	15	1	16	–			187	5			
Numerus totus oppidorum		33	1	30	3	34	1	38	–	23	1	26	2	31	2	32	–	34	2	28	–	31	2	34	–							
XXX Communitates (Gemeenten ten plattenlande)	masc.	92	3	75	5	105	2	70	2	70	–	50	1	61	–	78	1	73	6	69	5	74	5	65	3	883	33			1738	54	1792
	foem.	75	1	72	3	82	3	56	2	66	1	64	4	67	1	68	2	84	1	57	–	78	2	86	1			885	21			
Numerus totus XXX Communitatum.		167	4	147	8	187	5	126	4	136	1	115	5	128	1	146	3	151	7	126	5	152	7	151	4							
Numerus generalis.		200	5	183	11	221	6	164	4	159	2	141	7	159	3	178	3	191	9	154	5	183	9	185	4	1076	42	1042	26	2118	68	2186.

Defuncti A°. 1836.

Oppida et Commun.	Sexus	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Decem.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena Coevordia Meppela	masc.	9	12	11	9	11	8	10	8	9	5	5	5	100		198.
	foem.	7	12	6	6	8	8	7	8	9	7	10	10		98	
Numerus totus oppidorum.		16	24	17	15	19	16	17	16	18	12	15	25			
XXX Communitates Gemeenten ten platten lande	masc.	70	65	66	47	60	46	47	52	56	57	48	58	592		1151
	foem.	51	43	47	45	57	41	52	52	55	22	51	45		559	
Numerus totus XXX Communitatum		121	108	113	92	117	87	99	84	71	59	99	81			
Numerus generalis.		137	132	130	107	136	103	116	100	89	71	112	96.	692	637	1329

Infantes nati A° 1837.

Oppida et Communitates	Sexus	Jan. Gen.	Jan. Spur.	Febr. Gen.	Febr. Spur.	Mart. Gen.	Mart. Spur.	April. Gen.	April. Spur.	Maj. Gen.	Maj. Spur.	Jun. Gen.	Jun. Spur.	Jul. Gen.	Jul. Spur.	Aug. Gen.	Aug. Spur.	Sept. Gen.	Sept. Spur.	Octobr. Gen.	Octobr. Spur.	Nov. Gen.	Nov. Spur.	Dec. Gen.	Dec. Spur.	Num. generalis pueri Gen.	Num. generalis pueri Spur.	Num. generalis puellae Gen.	Num. generalis puellae Spur.	Num. gen. utr. sexus Gen.	Num. gen. utr. sexus Spur.	Num. gener.
Assena Coevordia Meppela	masc.	20	2	16	–	18	–	8	–	14	–	14	–	14	1	21	1	16	–	12	1	16	1	16	–	185	6			1818	41	393
	foem.	10	1	23	2	30	–	13	–	17	1	14	3	12	–	8	1	21	1	20	1	13	–	16	–			197	10			
Numerus totus oppidorum.		30	3	39	2	48	–	21	–	31	1	28	3	26	1	29	2	37	1	32	2	29	1	32	–							
XXI Communitates, Gemeenten ten plattenlande	masc.	101	4	78	1	97	1	64	–	69	1	68	2	63	–	76	4	96	2	104	2	92	5	69	2	977	24			382	16	1859
	foem.	72	1	61	1	83	2	52	1	70	1	56	2	64	1	87	–	74	4	82	3	64	–	76	1			841	17			
Numerus totus XXI Communitatum.		173	5	139	2	180	3	116	1	139	2	124	4	127	1	163	4	170	6	186	5	156	5	145	3							
Numerus generalis.		203	8	178	4	228	3	137	1	170	3	152	7	153	2	192	6	207	7	218	7	185	6	177	3	1162	30	1038	27	2200	57	2257

Defuncti A°. 1837.

Oppida et Commun.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octobr.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena Coevordia Meppela	masc.	9	12	13	15	14	13	10	7	6	13	10	13	135		251
	foem	8	5	23	19	6	12	11	8	4	8	2	10		116	
Numerus totus oppidorum		17	17	36	34	20	25	21	15	10	21	12	23			
XXX Communitates (Gemeenten ten plattenlande)	masc.	80	56	96	69	73	62	42	47	47	29	55	56	712		1373
	foem.	66	54	89	84	43	60	46	47	43	35	32	62		661	
Numerus totus XXX Communitatum.		146	110	185	153	116	122	88	94	90	64	87	118			
Numerus generalis		163	127	221	187	136	147	109	109	100	85	99	141	847	777	1624

Infantes nati A⁰. 1838.

Oppida et Commun.	Sexus	Jan.		Febr.		Mart.		April.		Maj.		Jun.		Jul.		Aug.		Sept.		Octob.		Nov.		Dec.		Num. gener. pueri		Num. gener. puellae		Num. gen. utriusque sexus.		Num. gener.
		Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	Gen.	Spur.	
Assena Coevordia Meppela	masc.	20	2	12	–	18	–	14	–	18	1	18	–	17	–	8	–	22	–	20	–	13	–	19	–	199	3			400	16	416
	foem.	19	2	12	–	19	4	20	3	15	2	17	–	14	–	17	–	15	1	20	1	14	–	19	–			201	13			
Numerus totus oppidorum.		39	4	24	–	37	4	34	3	33	3	35	–	31	–	25	–	37	1	40	1	27	–	38	–							
XXX Communitates (Gemeenten ten platten lande)	masc.	86	3	109	2	109	3	111	–	85	2	70	2	63	1	70	1	90	–	81	3	81	2	89	3	1044	21			1968	40	2008
	foem.	63	2	99	–	100	2	97	2	75	2	53	3	70	1	61	1	77	–	78	3	62	1	81	1			924	19			
Numerus totus XXX Communitatum.		149	5	208	2	209	5	208	2	160	4	123	5	133	2	139	2	167	–	159	6	143	3	170	4							
Numerus generalis.		188	9	232	2	246	9	242	5	193	7	158	5	164	2	164	2	204	1	199	7	170	3	208	4	1243	24	1125	32	2368	56	2424

Defuncti A° 1838.

Oppida et Commun.	Sexus	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis. masc.	Numerus generalis. foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Assena Coevordia Meppela	masc.	13	10	13	5	10	12	16	19	8	10	7	9	132		257.
	foem.	14	13	12	10	8	7	17	17	8	5	8	6		125	
Numerus totus oppidorum.		27	23	25	15	18	19	33	36	16	15	15	15			
XXX Communitates (Gemeenten ten platten lande)	masc.	92	63	55	63	77	38	52	46	54	48	66	68	722		1412.
	foem.	82	63	72	52	62	67	57	51	43	49	43	49		690	
Numerus totus XXX Communitatum.		174	126	127	115	139	105	109	97	97	97	109	117			
Numerus generalis.		201	149	152	130	157	124	142	133	113	112	124	132	854	815	1669.

Infantes nati A°. 1839.

Infantes e matrimonio.

Oppida et Commun.	Sexus	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusq. sexus.
Assena Coevordia Meppela	masc.	26	21	26	13	16	8	19	11	15	11	14	20	200		
	foem.	17	21	21	16	18	12	8	13	17	17	13	8		181	
Numerus totus oppidorum		43	42	47	29	34	20	27	24	32	28	27	28			381
Infantes mortui nati.		1	1	–	1	2	1	4	2	–	4	3	3	14	8	22
Numerus totus infantes genuin. oppidorum		44	43	47	30	36	21	31	26	32	32	30	31	214	189	403
XXX Communitates, Gemeenten ten platten lande.	masc.	99	81	83	79	72	58	52	77	78	87	71	83	921		
	foem.	63	74	94	77	80	46	61	56	77	70	68	68		833	
Numerus totus		162	155	177	156	152	104	113	133	155	157	139	151			1754
Infantes mortui nati.		3	6	6	1	2	1	3	8	2	7	5	6	28	22	50
Numerus gener. genuin. infant. in XXX Commun.		165	161	183	157	154	105	116	141	157	164	144	157	949	855	1804
Idem in toto provinc.		209	204	230	187	190	126	147	167	189	196	174	188	1163	1044	2207

Infantes extra matrimonium nati Aº 1839.

Oppida et Commun.	Sexus	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Num gener. utriusque sexus
Asfena Coevordia Meppela	masc.	–	–	1	1	1	–	2	–	2	2	1	1	11		
	foem.	–	1	–	1	1	1	–	–	–	1	–	–		5	
Numerus totus		–	1	1	2	2	1	2	–	2	3	1	1			[illegible]
Infantes mortui nati		–	–	–	–	–	–	–	–	–	–	–	–			
Num. totus inf. spur. opp.		–	1	1	2	2	1	2	–	2	3	1	1	11	5	10
XXX Communitates (Gemeenten ten plattenlande)	masc.	3	1	1	1	2	3	2	1	6	1	3	1	25		
	foem.	1	2	5	2	2	3	2	1	5	7	1	7		38	
Numerus totus		4	3	6	3	4	6	4	2	11	8	4	8			63
Infant. mortui nati.		–	–	–	–	–	–	–	–	–	–	–	–			
Num. gen. inf. spur. in XXX C.		4	3	6	3	4	6	4	2	11	8	4	8	25	38	63
Idem in provincia.		4	4	7	5	6	7	6	2	13	11	5	9	36	43	79
Numerus gen. infant. nator. omnium in prov.		213	208	237	192	196	133	153	169	202	207	179	179	1199	1087	2286

Defuncti A°. 1839.

Oppida et Commun.	Sexus	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Oppida.	masc.	14	7	10	7	14	7	17	15	8	5	6	8	118		224
	foem.	7	9	9	11	11	9	8	15	4	9	6	8		106	
Numerus totus oppidorum.		21	16	19	18	25	16	25	30	12	14	12	16			
Commun.	masc.	69	63	68	72	54	35	47	50	45	39	48	59	649		1209
	foem.	37	42	60	64	59	47	47	44	29	30	44	57		560	
Numerus totus Commun.		106	105	128	136	113	82	94	94	74	69	92	116			
Numerus gener. infant. mortuonator. in provinc.		4	7	6	2	4	2	7	10	2	11	8	9	42	30	72
Num. gener defunctor in tota provincia.		131	128	153	156	142	100	126	134	88	94	112	141	809	696	1505.

Infantes nati A^o. 1840.

1. Infantes e matrimonio.

Oppida et Commun.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octobr.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Num. gener utriusque sexus.
Oppida.	masc.	19	15	13	16	9	21	15	23	17	14	9	17	188		
	foem.	20	21	13	10	16	14	14	15	19	14	16	15	.	187	
Numerus totus oppidor.		39	36	26	26	25	35	29	38	36	28	25	32			375.
Infant. mortui nati.		1	1	2	1	1	1	2	–	1	3	3	1	9	8	17
Num. totus infant. genuin. nat. in oppid.		40	37	28	27	26	36	31	38	37	31	28	33	197	195	392.
XXX Commun.	masc.	80	88	89	63	65	63	65	74	75	81	64	84	891		
	foem.	83	81	88	56	56	62	69	72	84	77	62	95		885	
Numerus totus.		163	169	177	119	121	125	134	146	159	158	126	179			1776
Infant. mortui nati		5	3	6	2	2	1	1	2	3	5	5	3	27	11	38
Num. gen. infant. genuin. nator. in comm.		168	172	183	121	123	126	135	148	162	163	131	182	918	896	1814
Idem in provincia.		208	209	211	148	149	162	166	186	199	194	159	215	1115	1091	2206.

II. Infantes extra matrimonium nati A° 1840.

Oppida et Commun.	Sexus	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Num. gener. utriusque sexus.
Oppida	masc.	1	1	1	3	-	-	-	-	-	-	1	-	7		
	foem.	-	-	-	-	-	2	-	-	-	-	2	-		4	
Numerus totus		1	1	1	3	-	2	-	-	-	-	3	-			11
Infantes mortui nati.		-	-	-	-	-	-	-	-	-	-	-	-			
Numerus totus infant. spur. in oppidis.		1	1	1	3	-	2	-	-	-	-	3	-	7	4	11
XXX Commun.	masc.	1	-	4.	-	1	-	2	1	1	2	2	4	18		
	foem.	1	5	1	3	-	2	5	-	5	3	2	2		29	
Numerus totus		2	5	5	3	1	2	7	1	6	5	4	6			47
Infantes mortui nati.		-	-	-	1	-	-	-	-	-	-	1	-		2	2
Num. totus infant. spur. in Commun.		2	5	5	4	1	2	7	1	6	5	5	6	18	31	49
Idem in provincia.		3	6	6	7	1	4	7	1	6	5	8	6	25	35	60
Num. gener. infant. natorum in tota provinc.		211	215	217	155	150	166	173	187	205	199	167	221	1140	1126	2266

Defuncti A°. 1840.

Oppida et Commun.	Sexus.	Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Octob.	Nov.	Dec.	Numerus generalis masc.	Numerus generalis foem.	Numerus generalis utriusque sexus.
Oppida	masc.	12	14	11	7	10	5	11	12	5	9	10	7	113		226
	foem.	5	9	13	8	11	16	12	6	15	9	3	6		113	
Numerus totus		17	23	24	15	21	21	23	18	20	18	13	13			
Commun.	masc.	76	57	78	72	70	53	55	41	46	55	44	62	709		1362
	foem.	53	57	68	75	69	53	41	53	35	42	36	71		653	
Numerus totus.		129	114	146	147	139	106	96	94	81	97	80	133			
Numerus gen. infant. mortui nator. in provinc.		6	4	8	4	3	2	3	2	4	8	9	4	36	21	57
Num. general. Defunctorum in provincia.		152	141	178	166	163	129	122	114	105	123	102	150	858	787	1645

Ratio inter infantes genuinos et spurios.

Ex Tabulis referentibus numerum infantum natorum annis 1835, 1836, 1837, 1838, 1839 et 1840, etiam ratio patere potest inter infantes natos in matrimonio et eos, qui extra illud nati sint.

Anno	1835	in 3 Oppidis enim nati sunt infantes 373, cui numero insunt infantes spurii 13.
»	»	in 30 Comm. infantes 1689 sunt nati, quorum 56 spurii.
»	»	ergo in totâ provincia nati sunt infantes 2062, quorum 69 spurii.

Itaque in Oppidis ratio erat = $\frac{1}{29}$ circitur.
Commun. = $\frac{1}{30}$ »
totâ provincia = fere $\frac{1}{30}$.

Anno 1836 in 3 Opp.	nati sunt infantes	394,	inter	quos	spurii	14	= $\frac{1}{28}$.
30 Comm. »	»	» 1792,	»	»	»	54	= $\frac{1}{33}$.
totâ provinc. »		» 2186,	»	»	»	68	= $\frac{1}{32}$.

Anno 1837: 3 Oppidis	nati sunt	398,	inter	quos	spurii	16	= $\frac{1}{25}$ fere.
30 Commun. »	»	1859,	»	»	»	41	= $\frac{1}{45}$ »
totâ prov. »	»	2257,	»	»	»	57	= $\frac{1}{39}$ circ.

Anno 1838 in 3 Oppidis	nati sunt	416,	inter	quos	spurii	16	= $\frac{1}{26}$.
30 Comm. »	»	2008,	»	»	»	40	= $\frac{1}{50}$.
totâ prov. »	»	2424,	»	»	»	56	= $\frac{1}{43}$.

Anno 1839 in 3 Opp. nati sunt infantes 419, inter quos spurii 16 $= \frac{1}{26}$.
30 Comm. » » » 1867, » » » 63 $= \frac{1}{30}$ fere.
totâ prov. » » » 2286, » » » 79 $= \frac{1}{29}$ »

Anno 1840 in 3 Oppidis nati sunt 403, inter quos spurii 11 $= \frac{1}{36}$.
30 Comm. » » 1863, » » » 49 $= \frac{1}{38}$.
totâ provinc. » 2266, » » » 60 $= \frac{1}{37}$ fere.

B.
RATIO INTER PUEROS ET PUELLAS NATOS.

Nati sunt pueri				Natae sunt puellae.			
Anno.	In oppidis.	In commun.	In totâ provinc.	Anno	In oppidis.	In commun.	In totâ provinc.
1831	166	769	963	1831	151	766	917
1832	140	763	903	1832	177	786	963
1833	168	874	1042	1833	152	866	1018
1834	179	855	1034	1834	143	865	1008
1835	197	888	1085	1835	176	801	977
1836	202	916	1118	1836	192	876	1068
1837	191	1001	1192	1837	207	858	1065
1838	202	1065	1267	1838	214	943	1157
1839	225	974	1199	1839	194	893	1087
1840	204	936	1140	184	199	927	1126
1831 – 1840 =	1874	9069	10943	1831 – 1840 =	1805	8581	10386

Puerorum numerus major quam puellarum.

	In oppidis	In commun.	In provinc.
Igitur A°. 1831 numerus puerorum ad numerum puellarum =	+ 15	+ 51	+ 46
1832 — — — — —	− 37	− 23	− 60
1833 — — — — —	+ 16	+ 8	+ 24
1834 — — — — —	+ 36	− 10	+ 26
1835 — — — — —	+ 21	+ 87	+ 108
1836 — — — — —	+ 10	+ 40	+ 50
1837 — — — — —	− 16	+ 143	+ 127
1838 — — — — —	− 12	+ 122	+ 110
1839 — — — — —	+ 31	+ 81	+ 112
1840 — — — — —	+ 5	+ 9	+ 14
In X Annis major numerus puerorum ergo erat	+ 69	+ 488	+ 557

Menses, quibus Maximum et Minimum partûum et obituûm observabatur.

Anno		Partus	Mense
Aº 1831	maximum	natorum infantium est Mense	Martii.
	minimum	" " "	Novenbris.
1832	maximum	" " "	Octobris.
	minimum	" " "	Februar.
1833	maximum	" " "	Septembr.
	minimum	" " "	Jun et Julii.
1834	maximum	" " "	Septemb.
	minimum	" " "	Junii
1835	maximum	" " "	Januar.
	minimum	" " "	Junii.
1836	maximum	" " "	Martii
	minimum	" " "	Junii.
1837	maximum	" " "	Martii.
	minimum	" " "	April.
1838	maximum	" " "	Martii.
	minimum	" " "	Junii.
1839	maximum	" " "	Martii.
	minimum	" " "	Junii.
1840	maximum	" " "	Decemb.
	minimum	" " "	Maji.

Ergo maximum partuum vulgo erat mense Martii $\frac{5}{10}$
minimum " " " " Junii $\frac{6}{10}$

Anno		Obitus	Mense
Aº 1831	maximum	defunctorum est mense	Maji.
	minimum	" " "	Decemb.
1832	maximum	" " "	Januar.
	minimum	" " "	Julii.
1833	maximum	" " "	Sept. et Octob.
	minimum	" " "	Febr.
1834	maximum	" " "	Decemb
	minimum	" " "	Januar.
1835	maximum	" " "	Febr.
	minimum	" " "	Sept.
1836	maximum	" " "	Januar.
	minimum	" " "	Octobr.
1837	maximum	" " "	Mart.
	minimum	" " "	Octobr.
1838	maximum	" " "	Januar.
	minimum	" " "	Octobr.
1839	maximum	" " "	April.
	minimum	" " "	Sept.
1840	maximum	" " "	Mart.
	minimum	" " "	Novemb.

Maximum mortuorum mense Januar $\frac{3}{10}$: Mart. $\frac{2}{10}$.
Minimum " mense Octobr. $\frac{3}{10}$: Sept. $\frac{2}{10}$.

A.

Ex Tabulis communicatis circa numerum eorum, qui intra decennium in Provincia Drenthina nati sint et morte abierint, patet inter alia:

Ratio inter natos et defunctos.

Nati sunt				Defuncti sunt			
Anno.	In oppidis.	In XXX Commun.	In totâ provinc.	Anno.	In oppidis	In XXX Comm.	In totâ prov.
1831	317	1563	1880	1831	256	1141	1397
1832	317	1549	1866	1832	243	1130	1373
1833	320	1740	2060	1833	188	958	1146
1834	322	1720	2042	1834	244	1268	1512
1835	373	1689	2062	1835	199	1139	1338
1836	394	1792	2186	1836	198	1131	1329
1837	398	1859	2257	1837	251	1373	1624
1838	416	2008	2424	1838	257	1412	1669
1839	419	1867	2286	1839	224	1209	1505 (*)
1840	403	1863	2266	1840	226	1362	1645 (+)
1831–1840 =	3679	17650	21329	1831–1840 =	2286	12123	14538 −129 14409

(*) Hoc numero sunt quoque computati Infantes mortui nati 72, totius provinciae, hoc anno.

(+) Hic 57 sunt computati.

Numerus natorum major quam defunctorum.

	In oppidis.	In XX Comm.	In totâ prov.
In 1831 numerus natorum major erat quam defunctorum	61	422	483
" 1832 " " " " " "	74	419	493
" 1833 " " " " " "	132	782	914
" 1834 " " " " " "	78	452	530
" 1835 " " " " " "	174	550	724
" 1836 " " " " " "	196	661	857
" 1837 " " " " " "	147	486	633
" 1838 " " " " " "	159	596	755
" 1839 " " " " " "	195	658	853
" 1840 " " " " " "	177	501	678
In X annis numerus natorum major erat quam defunctorum	1393	5527	6920

T H E S E S.

I.

Medici plus interdum quiete, quam movendo et agendo proficiunt. Livius.

II.

Administratio Tartari emetici, optimi remedii in morbis inflammatoriis praesertim pulmonum, sanguinis missiones non minus necessarias reddit.

III.

Damnandus medicus, qui statim ad specifica transit.

IV.

Nova, nondum probe explorata ne exhibe, si aliis idem praestare possis. Gaubius.

V.

Audacia saepe magis, quam ignorantia, invisum reddit medicum. GAUBIUS.

VI.

Omnia secundum rationem facienti, si secundum rationem non eveniant, non transire ad aliud oportet, manente eo, quod visum est ab initio. HIPPOC. *Aphor. II. 52.*

VII.

Decies incerta necessitate operavisse in Arte Obstetr. melius est, quam semel urgente periculo id neglexisse.

VIII.

Partus nimis celer periculosior eo, qui nimis tarde decurrit.

IX.

Nimis audax Magnus Cous (Aphor. V. 30): » Mulierem uterum gerentem ab acuto quodam morbo corripi, lethale."

X.

Arteriae ligatio potius filo rotundo, quam ligamento lato perficiatur.